



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Lib. LVIII. Cæpe.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Phil. lib.
8. c. 29.

mine Pythagoras maxime omnium admirabatur: quivix illius terrestris folia degustaverat, præcipuo
tamen unum illud amore prosequeretur, quod vim ejus in sublime ferri conspiciebat, perinde ac si
in cælum hiteretur, cum per nares in cerebrum penetraret, omniaq; hinc purgatoria, & ad vili-
mentis vegetiora fieri asserebat. Maxime itaq; studendum, ut cibos omnes oleris hujus intinge-
mus pulmentario, cum præsertim modico ejus in ollam inuncto, legumina omnia, ut Democritus
ait, facillime decoquantur. Agite igitur, agite ferculis omnibus, tam æstate quam hyeme, tam mate
quam resperi, vel grana, vel succum ejus admisceamus. Utuntur hoc libenter probi omnes, hoc Pon-
tificiis cornis adhibuit assidue Clemens VII. Nulla enim unquam vel publica vel privata cœna est ab
eo instituta, quin nostræ hujus sinapis agricolæ politoresq; plenis adstarent calathificis jucundumq;
inter eos certamen oriretur, quis eorum id melius vel ferere, vel condire didicisset. Idem nobis fa-
ciendum, ut nos exemplum nobis Pontifex dedit, ut ita nos neq; fames occupet, neq; sitis cœtum
molester: supra enim nec̄ar, supra omnem, quod ajunt, ambrosiam cibus hic, & melle & savo su-
prior, mortalibus ad vitam est omnibus profuturus.

JOANNIS PIERII VALERIA- NI HIEROGLYPHICORUM

LIB. LVIII.

DE IIS QUÆ PER CAPE ET HORTENSIA
QUÆDAM ALIA SIGNIFICANTUR.

Ex sacris Ægyptiorum Literis.

FRANCISCO FANTONO BIDIZOIENSI,
MEDICO SALODIANO.



*Quantum visurus sis, Fantone doctissime, sęper apophoreto nostro, non sum nescius, quippe
qui odoratissima suavissimæque citriva, Salodiana scilicet, quibus nusquam præcipuo
nascuntur, à te dono acceperim: ego contra Cape, alliumque, tam olida, tam in suavia tibi
& Medico Salodiano redonare cogitarim, reliquorumq; olerum corbes, quorum tu ipse
vel hortos integros uno asse comparare possis. Sed quid facias? non eadem sunt omnium
ingenia. Atamē si quænti hæc, qualiacumq; sint, mihi steterint noveris forte non ita vilia esse dona as-
mabis. Non enim cælo nostro hæc nascuntur, sed ex Ægypto intima huc usq; magno portorio transe-
runtur. Neg, sperandum, ut hic sata his similia renascantur, quia talia sunt, ut in alieno solo semina
corrumpantur, vel omnino degenerent. Dices: At malo ego nostratia, sapes quorum & cognovimus
& quibus apti condimentis sint, poties experti sumus. Sed vide ne fallaris, priusquam nostrorum expe-
rimentum facias. Memineris Ægyptios olim & doctrina & ingenio plurimum claruisse, neq; temere
ex tota Græcia viros summos doctrina nomine ad eos transfugas, cum tamen ii Capetanti facerent, ut
idnuminis loco coluerint, quod à tam celebri natione factum nos minime ridiculum existimare debea-
mus. Ptecumq; autem, ne hic, totam Commentarij rationem alieno loco explicandam suscipiam, ex ipso
omnia loco suo videnda tibi proposui, quorum multa, licet antiquitate jam obsoleverint, solent tamen
vel eruditus aliquam afferre delectationem, quæ veteres quomodocumq; tradiderint: propterea quædam
exquisitionibus juniorum inventis magis ex comparatione gaudere consueverimus.*

D. CAPE. CAP. I.

Qlera igitur & fagminea quædam collecturus, ordiar à Cape: propterea, quod inter herbarum
bulborum, caudicum, furculorumq; genera memoriam sibi primam Cape apud Ægyptios ven-
dicavit, quiuncti in inter hortensia eorum ramina principatum profus obtinuit.

LUNA.

LUNA. CAP. II.

EA enim tota lunaris est; cumq; nullum apud nationem eam numen vesaniore cultu habitum fuerit, quam Luna ipsa, in unius Lunæ honorem capre coluerunt. Nam ut taceam, quod ea dissecta multiplicem Lunæ ipsius effigiem, & quas Græci *gâris* nuncupant, omnes ostentat; sive ea curvata in cornua, sive æqua portione divisa, sive protuberet, sive quotidiana facie variâ sinuetur, nunc inmensa sit orbe pleno, ac repente nulla. Habet autem Capre hoc peculiare, quod Plutarchus 4 in Hesiodum Cōmentario tradit, ut revirescat & congerminet decedente paulatinq; deficiente Luna, contra autē inarescat adolescente, quasi ipsa pro alimento corpus exponat sum. Quamvis rem aliter acceperint Pelusiotæ, qui Capre profanum adeo exilimarent, ut cibum ejus pollutum esse crediderint: ideoq; inest inferri veterint, propterea quod solum olerum omnium contra Lunæ aucta atq; damna vicēs minuendi & augendi habeat contrarias. Quod vero cibus tam acris tamq; vehemens in mensarum etiam delicias venerit, Socrates apud Xenophontem Philosophorum symposio, bellatorum vires acriter eam excitare dicit, & ejus esu vino commendationem augeri, ibidem legas. Laudat eam etiam quifquis ille est Apitius, quod ad omnia condimenta optima sit & idonea. Quamquam Morus ille Florentinus, cognomento Nobilis, parasitorum omnium, quot sunt, quotq; fuerunt, festivissimus, cum Capus Pontificis Leonis X. cenis avidius appeti, trucidariq; in dignissime ferret, aspera declamatione contra oleris ejusmodi desitationem invehit solitus est, impios, impuros, intestabiles eos omnes dicitare atq; reprehendere, qui humanum corpus tam puro elementorum candore munditiaq; compatiunt ab optimo maximo numine, dignitate facieq; sibi perquam simili sãbre factum, quod idem ipse rerum opifex spiritu afflasset suo flammisq; stellarum scintillis animasset, isti per spurcissimum caparum allive cibum, maleolenti, & usq; adeo foetido putore contaminare, facie tam sordida, tam profana polluerent, ipsius demum sanctioris animalis animam reddere diis hominibusq; abominabilem conmitterentur.

PROFANA. CAP. III.

Sed ut ad Egyptiacam nostram revertamur, alia insuper offertur causa, cur profanum hoc a quibusdā oleris haberetur: sed ea fabulosa, atq; ex vulgo sumpta, forsitan à calumniatoribus in ejus gentis institutionem excogitata. Adjunt enim cepis ideo non vesci Egyptios, quia Dictys Isidus alumnum, quæm has in Nilivripa enatis avellere conaretur, in amnem decidisset, extinctusque hac inde sit memoria colitæceptus, ut olus id, quasi necis patræ causa, profanum haberetur. Alii rem in religionem convertentes, quod numen ultione ea se se improfanabile esse monstrant.

LACRYMÆ CAP. IV.

Id non omiserim, apud quosdam capelacrymarum hieroglyphicum fuisse, eaq; de causa imperatū esse à Biante Philosopho Alyatti Regi cum ad amicitia suæ tractum amice benevoleq; accersenti, ut capre vesceretur. Ita enim tetricum ejus Philosophi dictum ferunt, *ἡδὴ ἀδύνατον ἄριστον ἀπολαύσαι τὴν δάκρυον*. Nā quod capre oculos acriter mordeant, lacrymasq; vel sola contrectatione cieant, omnibus exploratum: apteq; Columella lacrymosam eam vocat. Iam & Dionysius apud Aristophanem interrogatus, cur ita fieret, capre olfacere se respondit, & ea de causa *ἡδὴ ἀδύνατον ἄριστον ἀπολαύσαι τὴν δάκρυον* Græcis dicitur, *ἡδὴ ἀδύνατον ἄριστον ἀπολαύσαι τὴν δάκρυον*.

PER INIMICITIAS ILLUSTRATUS. CAP. V.

Siquis vero velit quempiam indicare, qui ex inimicorum obtrectationibus & injuriis creverit, longeq; illustrior atq; potentior evaserit, quo adversaria magis vis in eum incubuerit, pro hieroglyphico surculum rose flore præditum, emergentem e capre figurabit. Experimento siquidem comprobatum est, rosas violasq; juxta capre vel allium satas, fragrantiores fieri: ita unius fectorem ad alterius benevolentiam conferre. Tangit rem Plutarchus, ubi ea recenset commoda & utilitates, quas consequi possumus ex susceptis inimicitias fieri quippe nos vigilantiores ad vitia declinanda, & ad virtutem capeffendam ardentiores, atq; in his omnibus majori conatu laborare, ut quæ veram gloriam paritura sint, omni studio sollicitudineq; complectamur.

XXXX 2

ALLIUM

Allium capre, inter
deos jure
vando ha-
bet Egi-
ptiur. Plin.
lib. 19. c. 6.
De capre
lufotiarum
opinio.

Cur Egi-
ptii capre
non vesce-
rentur.

Horū enim
odor est la-
crymosus.
Plin lib 2.
Egypci
Alyatti
pau edite.
Plinius
dem l. 2. c. 5.

Inimicitias
per com-
moda.

A L L I U M.
MILITIA. CAP. VI.Allium &
cape cibum
militaris

Vnum tantum ex alio hieroglyphicum inveni, ut per id militiam intelligamus, propterea quod & allium & cape cibum esse militarem constat. Atque hinc proverbium apud Suidam, *Ne parallium, neq; fabas esitandas sis, qui tranquillum sibi vitæ statum proposuere*, per summotum allium bellica negotia dimittenda, per fabas civilia non attingenda; quæ latius in Fabæ Cômmentario explicationem. Sed quod ad militarem cibum attinet, Aristophanes, Equitibus, milites memorat, qui cœmptis aliis de capis naves incendissent. Et chorus jam antea Allantopolam incitans, dixerat: *Vt in allium strenue magis pugnes*. Neq; rem tantum bellicam adjuvat allium, sed rusticæ etiam opem affert. Siquidem, ut Africanus ait, oleum in quo allium contritum fuerit, mire prodest vitibus eo obunctis, ne pediculus gignant, & absq; oleo tritum oblitumq; arborum truncis, ne ab erucis infestentur, opitulatur.

R A P U M.
SOL. CAP. VII.

A pud Ægyptios sacerdotes veluti cape Lunæ, ita rapum Solis erat hieroglyphicum, nominibusque alterum, & alterum suis dedicabatur: corpus enim rapi solidum immutabilem Solis effigiem refert: veluti cape, ut dicebamus, multiplicis illa tam multiformis tunicarum, Lunæ varietate ostendit. Sane authores sunt, rapum è plumbo dicatum olim fuisse in templo Apollinis Delphici, quod Phœbei corporis soliditatem ostenderet.

F U N G U S. CAP. VIII.

E T fungus nescio quid sapit hieroglyphicum, qui tametsi apud Ægyptios quos sequimur, nusquam apparet, apud Græcos tamen & Latinos non illepedo celebratur significato.

REPENTE QUID ET INSPERATO FACTUM. CAP. IX.

N Am id præcipuum fuit, estq; adhuc apud omnes hieroglyphicum fungi, ut quotiens novi aliquid præter expectationem repente factum apparuerit. Fungum id dicemus. Poetas quippe Funginos, Oratores, Historicos, Philosophos, Jurisconsultos, unius tridui studio autoritatem adeptos, & quæ plurima sub Leone X. Pont. Max. miracula vidimus, non esse una præstantes aliquot, tanquam in Parnasso somniassent, haberi ceptos, eoq; processum temeritatis, ut ex iis nonnulli milites etiam sibi compararint, qui non applaudentibus mortem minitantur.

Quin & ar
te eduntur
quolibet te
pore fungi.
Martian. in
Diose. li. 4.
c. 78.Istius bilis
in Traiano
ex Diono.
Hæc ad ver
bū à Para
miso. Chit.
4. con. 2. pro
38. & Chit.
4. con. 10.
pro. 78.

*At rerum natura parens nil edere magnum,
Spectandumque solet, longo nisi tempore, adultum,
Ipsa etiam majora suos animalia partus
Iussa diu gestare: decem bos Lucia per annos
Parturit, ingentem prolem paritura, vitensque
Dentis ebur, decora ampla virum, decora ampla Deorum.*

Sed ut ad fungos revertamur, proverbium est, quod de re subitaria & insperata fertur in primis, non esse una fungum nasci. Quare apud Dionem legas, Traiani vita, fungum quendam magnum in Decabalibus castris à barbaris circumlatum, Latinis etiam literis inscriptum. Literas non ponit auctor, sed ex iis quæ subsecuta sunt, manifeste percipitur, admonitionis aliquid id fuisse, cavendum scilicet Traiano, ne ferantistamq; ferocibus copiis committeret: repente enim oriri solere, quod nemo unquam expectasset. Quod ut existimem id admonet, quod in exercitu vociferationes etiam exaudiebantur à brutis præcipue, atq; aliis gentibus cum Romanis societate cunctis, Trajanum ad pacem hortantibus, & ut talis rebus reiso domum abiret admonentibus.

FATUL.

A Pad Plantum in Bacchidibus, fungus fatuitatis, & stupida admodum credulitatis hieroglyphicum est:

Adeo' me fuisse fungum, ut illi crederem?

Quod quidem significatum Nicobulus eadem fabula manifestius declarat, dum se omnes quicumque ubi sunt, qui fuere quiq; futuri sunt posthac stulti, stolidi, fatui, fundi, bardi, buccones, blema, anteire longè stultis & indoctis moribus profutur. Et prius de re nihili Chrysalas:

Tanti est, quanti est fungus putridus.

DE CUCURBITA. CAP. XI.

Cucurbitam apud Ægyptios non inveni in suas literas receptam, apud alios tamen in hoc genere minimè præteritam.

SPES INANES. CAP. XII.

Nam apud Onirocritas cucurbita spes inanes præfagit: ut pote quæ cum ventricosam admodum speciem præ se ferat, multumq; idem tamen nutrimenti polliceri videtur, illud tamen & tenue, & nisi condimento aliquo juvetur, egregiè fatuum est.

Et gravia in latum de missa cucurbita ventrem. Artem l. 1. cap. 19. Cucurbita salubrior.

SALUBRITAS. CAP. XIII.

Neque tamen cucurbitæ fautores defunt, ut qui pro salubritate poni eam contendunt, anfa, ut puto, capta ex proverbio, *ποροκίδης υγιεινή*, quod ex Epicharmo sumptum memorat Athenus, libro 3.

DE PAPAVERE. CAP. XIV.

Papaver nonnulli inter se getes enumerant, propterea quod Maro id Cereale dixerit: quasi non & *Georg. li. 1.* olera, & edulia omnia è terra nascantia, Cereris esse munera cognoscant. Ab hac igitur parte significata ejus exordiemur.

CERES. CAP. XV.

Papaver quidem Cererem, atque adeo terram omnem humano commercio habitam hieroglyphico suo referebat, neque quidem hoc una tantum de causis bicularis enim figura ejus perinde ac terræ, protuberat undecumque, convallibus quibusdam veluti subsidentibus, montium quodam modo jugorumq; speciei, locorumq; reductorum effigie: interiora deniq; folliculis quibusdam distincta gerit, veluti etiam nationes hominum & fluviis, & montibus, & urbibus dispersuntur. Innumera præter hæc includit semina, est & hoc terræ benignæ proprium. Neq; quidem hoc cibum, nisi concutiat, & obtundatur, & ventiletur, emittitur: neq; terra, nisi exaretur, sarriatur vertatur, obteratur, multisq; modis excutatur agiturq; , quicquam proficit.

Papaver hieroglyph. terra.

IUSTITIA. CAP. XVI.

Propter vero receptacula æquis inter se intervallis disgregata iustitiam, ac legum rationem, quæ Cereri attribuuntur in primis, hieroglyphicè demonstrat: eaque de causa Dea ipsa & legisera, & *Græciani ob hanc iustitiam con-* iustitiæ autor appellata est: sive, ut arbitrantur quidam, propterea quod semina penes se deposita *trastam pa-* magno cum sœnore reddere consueverit. Sane Virgilius & his, quæ superius dicta sunt, confide- *paver sustu-* ris, non immerito *Cereale papaver* appellavit. Sunt qui nihil, quod ad eruditionem faciat, in- *lit.* vestigantes, *Cereale papaver* à Poëta dictum autement, quod Cererem in Proserpina filia con-

quirenda cibos sibi ex papavere confecisse tradant, quasi per somnium ea fuerit investiganda; quæ A
micræ sunt nigæ.

VENUS. CAP. XVII.

Veneri sua. **A** pud Sicyonios Venus, ut author est Pausanias, cum papavere in altera ex manibus contenta figurabatur, quod dubio procul ad seminii copiam referendum est. Nam quantum ad amorem pertinet, in altera inana malum habebatur, quo de commentario suo dictum. Erat vero ejus Decretiva auro eboreque fabricata, in summo cuius vertice poculum insidebat, quod hieroglyphicum eo spectat, quod Maritum Græci, vel dicere velimus Amatorem, potationis nomine nuncupabant; vix enim utriusque nomen, & πῶς Platoniamor.

AMOR. CAP. XVIII.

Sorilegi- um amoris. **N**imirum autem papaver florens amoris indicium habetur apud sortilegos, ejus quidem folium qui amoris periculum facere volunt, pugno superponant, alteraque passa manu illud albidentes, ex crepitu conjiciunt quod quærebant. Explorant enim an amantes redamantur; nam quo clamor insonuerit, eo se magis amari putant; quod si sonus oblanguerit, contemptui se habitos arbitrantur; cuius reitum eo loco meminit Theocritus:

*ἢ δὲ τὸ τριχίδιον ποτὶ μαζάριον· πικρὰ γὰρ
ἂν' ἀντὶ πικρῆ ποτὶ πικρῆ θάρσασα γὰρ.*

quod uno dici potest verlu:

Nec supercusso crepueve papavera pugno.

Humani vero generis hieroglyphicum præ se ferre videtur, non ex iis tantum que superius de granorum dissepimentis dicta sunt, sed eo etiam constat, quod compitalibus, que in compitis Laræ, sive Larundæ, vel Maniæ Larum matri fiebant, humana capita sacrificabantur. Sed Junius Brutus Consul sacrificii genus abominabile & abhorrendum, suppositis puerorum loco alii papaverisq; capitibus, celebrandum instituit.

CAPITA. CAP. XX.

Capita papaverum detrahere. Plin lib. 19 cap. 8. lib. 1. **E**st enim illud haud obscurum papaveris significatum, ut omnino capitis hieroglyphicum habetur, adeo nullus olerum fetus insigniore capitis honore conspicuus est; forte vastior fructus cineræ, sed aut spinarum, aut integumentorum, quibus confertim circumvallatur, asperitate horridior, cum papaveris & lavore delicatus, & Regia coronæ redimitus, in jestatem quandam præ se ferat. Jam & apud interpretes Theocriti *μῆκος λίγαν ἢ κρηλῆ*. Sed mihi videtur locus, potius ex historia desumptus, ubi Tarquinius cognomento Superbus, per hortum in ambulans, nullo responso dato ei nuncio quem Sextus ejus filius, quid sibi agendum in Gabios esset seiscitatum miserat, tantum baculo eminentiora papaverum capita decutiebat. Ex quo Sextus intellexit, proceres populi paulatim summoventos. Sed hoc vetus fuit Corinthiorum exemplum, à quibus oriundi Tarquinius. Siquidem ferunt Periandrum, qui Corinthi tyrannidem exercuit, cum perfidum nuncium Thrasymbulum Milesium consulisset, quamnam arte quæve vi sibi principatum stabilire possit, nullum ab eo responsum accepisse; vidisse enim se tantum nuncium memorabat, eum in campum tridecem segetes ingressum, eminentiores spicas baculo decussisse, atq; ita Periandrum in arcum, capitibus civitatis eade & exilio sublatis, tyrannidem occupasse.

DE VERBENA. CAP. XXI.

Capitis quod in papavere, est significatum, verbenæ reminisci facit, in qua de capite idem in non incuriosa & nunc est, & olim fuit investigatio.

CAPITA

CAPITA DEORUM. CAP. XXII.

Verbenarium fasciculi pulvinaribus dicati, Deos apud veteres significabant. Struppos eos vocabant. Erat vero mos olim dona ejusmodi Deorum capita nuncupare. Sane apud Tusculanos fasciculus, vel corona herbacea imposita pulvinari Castoris, Struppum vocabatur. Alii struppum idem, quod strophium intellexerunt. Unde apud Falscos Struppearia nuncupabatur festa, quibus ambulabant coronati. Attejus Philologus Græcum esse vocabulum struppum putat, quippe *στρουππος*, & insignis fuisse, quod Sacerdotes in capite ornando gestarent, sive ea corona esset, sive aliud gestaminis pro corona: de quo videndus Festus, sed in codicibus emendatis.

*Struppi
quid.*

DIVIPRÆCURLORIS CAPUT

CAP. XXIII.

Non temere vero in nostram usque diem mos plerisque Italiae civitatibus perduravit, unam è verbenis speciem, eamque & grandiore & odoratiore in D. Johannis Præcursoris memoriam celebrare. Herba enim ea lato folio est, crispatoque, aspera admodum lanugine, coloris cineritii multis scissuris corrugato, acutissimi odoris ac per jucundi, caule præalto, ramo, quadranguli, puniceis floribus ad buglossæ propemodum similitudinem condensatis, intra quorum calices grana quatuor singulis, veluti panici papaverisve reperiuntur, quibus excussis pediculo pars adjuncta remanet, quasi quædam macilentæ capitis effigies, idque D. Johannis caput vulgus dicitur, herbamque ejus nomini dicatam, non sine pietatis ostentatione pulvinaribus imponit, eademque privatarum ædium januas parietesque ornat, tamquam amuletum sit minime contemnendum. Nec me latet verbenas pro quibusdamque lagminibus in sacris acceptas, & coronationum ritibus herbas quascumque, è Capitolio deceptas, pro verbenis habitas: ipsam autem verbenam multis à Dioscoride nominibus appellatam, & quæ super eam plurimi ætate nostra conscribere, quæ hic repetere superfluum esset.

*Verbena
descripta;
& usus.*

*A Plin. lib.
22. c. 2.
Vna cum
sua terra.*

NOVA NUPTA. CAP. XXIV.

Qui vero puellam pingunt verbenam sub amiculum occultantem, hieroglyphicum hujusmodi novam nuptam significare tradunt. Siquidem mos erat nuptiarum sacro faciendo, ut nova nupta corollam de verbenæ floribus à se lectis sub amiculo gestaret. Sunt & alii verbenæ sive verbenacæ usus alii atque; aliis antiquorum ceremoniis, magicis etiam elusionibus accommodati: sed nos eam tantum delibamus, quæ ad alicujus hieroglyphici significationem pertinent.

*Plin. lib.
25. c. 9.*

DE FILICE.

VOLATUS. CAP. XXV.

Felix quoniam Struthio cameli pennis assimilatur, sunt qui volatum per herbam eam figurare ceperint, quod mihi non usque quaque approbatur. Nam licet unaquæque penna volatus hieroglyphicum sit, instrumentumque; ejus rei proprium, cum tamen manifestum sit Struthio camelum omnibus alitibus unum ob vasti corporis molem, vix posse sese humo attollere, alis vero uti ad cursum tantum adjuvandum, congruum mihi non videtur ab eo significatum id de sumere, quod ipse sibi natura repugnante præstare minime possit. Sed de Struthio camelo satis inter alia significata. Id de filice proditum, non Struthio cameli tantum causa herbam eam Pteryga vocari à Græcis, sed quod quæ univertum folium ejus sit pennis alitum simile: de quo & Dioscorides & alii plura.

*Dioscor. lib.
4. c. 78. &
79. Plin.
lib. 27. c. 9.*

SECURITAS. CAP. XXVI.

Magis autem placet illud quod securitatem per filicis hieroglyphicum indicari quidam memoræ prodiderunt, propterea quod ejus herbæ odor serpentes fugat, animantium quippe genus

nus omninō perniciosum: eaq; præcipuē de causa rusticos eiusmodi folii grabatos suos facere con-
fuisse, ut interpretes Theocriti tradiderunt.

ODIA CAPITALIA. CAP. XXVII.

*A Diosca-
ride lib. 4.
c. 78.*

Idem est filicis hieroglyphicum, ut arundini adalligata capitales indicet inimicitias: ad coenam
inter se dissident, ut altera alteram enecet, coronæ modo circumducta, vulneribusq; altera inipe-
factis: contusa altera & imposita efficacissimè medeantur. De quibus ita Celsus: *Pessima ex iure
arundo est, quia aspera eademq; offensa etiam in filice est, sed usū cognitum est, utramq; aduersus alter-
ram medicamentum esse, si contrita superimponatur.* De dissentione ita Plinius: *Filices ajunt non re-
nasci arundine secta, aut exarata arundine vomeri imposita: similiter & arundinem exarata vomer-
i imposita filice præcipiunt.* Quod vero adsupradictam pertinet medicinam, apud eundem lib. 24.
cap. 11. eadem quæ Celsus tradit, legas.

Plin. libid.

DE ABSINTHIO. CAP. XXVIII.

Quid sibi vellet Absinthium de fayo mellis enatum, in Apis Commentario Lucretianum lectum
carmen indicavimus: quid simplex sibi velit, exponamus.

SALUTIFERA CASTIGATIO.

CAP. XXIX.

*Absinthii
& Mellis
virtus con-
traria.
A Dioscor.
lib. 3. c. 23.*

Significat enim graminis huius hieroglyphicum objurgationem, quæ cuiuspiam salutem attulerit
qua scilicet increpitus qui tota aberrabat via prolapsus in scelera voraginem, in meliorem mox
regressus semitam, abjectis à se vitis vitam inde degat inculpabilem. Amarissimum est enim Absin-
thium gustu, perinde ac objurgationes unicuiq; videntur acerbæ, sed si haustum non revomatur,
omnem purgat intestinorum fæcem: contra vero mel, quæ placidæ sint adulationes, bilem au-
get. Dicit enim Horatius ex medicorum dictatis, *Dulcia se in bilem vertunt*, id eoz; hominem in
morbi alicujus incommodum trahunt: qua de re satis in Cervo, qui fistula sonantis adulatione de-
ceptus venatoris jaculum in se directum minus advertit.

SACERDOTIUM. CAP. XXX.

*Dioscor. li.
3 cap. 24.
Plin. 27.
cap. 7.*

Erat vero Absinthium marinum, quod quidam Seriphium vocant, Sacerdotum Isacorum ge-
stamen: huius enim ramum illi præferre solemne habebant oleaginorum ramorum loco, ut apud
Dioscoridem lib. 3. Quod vero Seriphium Absinthium, quod & marinum dicitur, auctor idem, ac-
que non Plinius ajunt Taphosiri in Aegypto lætissimè provenire, Taphosiri urbem Stephanus deo
dictam ait, quod ibi sepultus sit Osiris.

SANITAS. CAP. XXXI.

Quod vero poculum Absinthii quadrigarum agitatibus propinatum legas, indicat id Latino-
rum victorem: his enim feris qui quadrigis vicerat, Absinthium in Capitolio bibebat idq; mi-
jores nostri sanitatem interpretabantur, quod magni satis præmii loco dare se profitebantur.

HYSSOPUS.

ELUTIO. CAP. XXXII.

*Divina
Hyssopi si-
gnificatio,
Psal. 51.*

Hysopus in Divinis literis hieroglyphicum est gratiæ spiritalis, perquam inquinati labe si quid
eluinur. Eius aspergine mundatur quoddam lepræ genus. Lepra passim humana delicta signifi-
cat, sive peccatorum maculas appellare libeat. Hinc apud Psalmographum, *Asperges me Domine hyssopo*

A *Aspa, & mundabor, habetur. Eucherius eam pro humilitatis patientiaq; hieroglyphico ponit, propterea quod humilis admodum herba est, & lapidi, qui nascendo adhærescit, aditus: cujus radices laxam etiam dicuntur penetrare. Ipsa vero præcipue pulmones curat. In pulmone sedem habere dicitur superbia, in quo scilicet tumor, & anhelitus. Cicero de natura Deorum: In pulmonibus inest varietas ad hauriendum spiritum aptissima. Quod vero Spiritus pro superbia vel animi elatione ponatur, idem oratione pro P. Sylla: Res gesta credo mea me nimis extulerunt, & mihi nescio quos spiritus attulerunt. Ibi autem apertius: Nunc Capua Campano præsidio ac regio spiritu cum viderem, Blosios alibi mihi videbar videre, ac subellos.*

Matthiol. in Dioscor. lib. 3. c. 26.

DE ASPARAGO.

EX ASPERITATE SUAVITAS. CAP. XXXIII.

Mste aliquid & lenis, quod ex aspera duraq; re proveniret, significare qui vellent, hieroglyphice. *Dioscor. li. 2. cap. 12.* **M**atur. Asparagi faciebant, surculum quippe jam maturum & feminibus instructum. Nam *Bocotiorum mos in nuptiis* spina est, quæ semen illud fert, quo lato molles inde asparagi succidantur. In Bœotia sane qui novam nuptiam comebant ornabantque, eam spino alparagi frutice coronabant, quoniam (ut apud Plutarchum est) de Conjugalī vita, sicut suavissimam ille fructum de asperissima spina producit. Sic uxor viro primam illius asperitatem ac duritiam minus aspernant, dulcem postmodum & suavitatem convictum præbet. Qui vero, ut idem Plutarchus ait, primas virginum rixas ferre nequeunt, similes profecto sunt iis, qui primam avararum acerbitate offensi, eas etiam cum maturerint, abhorrent.

CITO CONFECTUM. CAP. XXXIV.

Atque hæc de spina, Tenetiores vero coliculi significatum habent rei quam occisimè paratæ, *Sueton. in Augusti. in Citru quam asparagi coquantur, cum quid momento minimo properatum innuere volebat. Ita illud apud Dioscoridem antiq. c. 87.* **C**onadvicendum, in antiquissima translatione codice, Latina quidem phrasi, sed literis Longobardicis scripto, quem perlegi Florentiæ, quemq; Marcellus translationis suæ ducem habuit, *brevi coctura elixum*, legitur. Philemon Comicus, vicitantibus asparago, perinde ac thymo etiam ac cappari, extenuationem corporum videtur exprobare, ubi ruralis parsimonie potentem virum in lectam producit, que eum scilicet quod rus, ut medici, convenientia ægrotis tantum esculenta subministrat. Adit illud:

*ἄσπαραγον ἢ τὴν δία
τὴν πτερυγίαν τὴν ἐν τῷ ἄσπαραγον, καὶ τὴν
θύμινον, ἀσπαραγον, ἀσπαραγον καὶ τὴν δία
τὴν δία τὴν πτερυγίαν τὴν πτερυγίαν.*

quorum verisum hic est sensus:

*Atque per Jovem
Innata petrus obsoniola, capparim,
Thymumq; & asparagum, & alia hujusmodi
Quam vercor, extenuatione prænimia,
Ne me cadaver exanimum humi deserant.*

Quod vero Philemon *τὴν πτερυγίαν* dicit, vide apud Dioscoridem quoq; in petrosis nasci asparagum, nulla facta de sativo, quo nunc plurimum utitur, mentione.

*Non qui-
dem Dio-
scorid. sed
Galieno
cum qui
petrum
vocat. l. 6.
simp. medi-
cam.*

DE CAPPARI. CAP. XXXV.

Sed quod ad Capparim attinet, ad hanc Philemonis sententiam facit Dioscoridis locus, qui eam nulli rei dixit esse utilem; nempe adeo tenuis esse nutrimentum ejus, ut nullam afferat utilitatem.

Yyy

DE

DE MANDRAGORA. CAP. XXXVI.

Quin & perniciosum si Dioscoridi credendum, vomitum eius, quod negat Mattheus.

Multa super Mandragora dicenda essent, sed ea vel insuavia, vel abhorrenda: quarum in his que humano generi perniciem afferunt, temperamento utendum est, quoniam etiam nefariae quaedam inter virtutes reponi solet.

SOMNICULOSUS. CAP. XXXVII.

Stratagemma bellum Annibalis.

Id omnino non dissimulabimus somniculosum hominem per id genus herbae significari, propterea quod vis ejus media est inter venenum & soporem. Nam si quis vinum ea medicaverit, bibentem in profundum ad eo somnum injiciet, ut expirasse credatur, memorabili Annibali exemplo, qui missus à Carthaginensibus in Afros qui rebellaverant, non ignarus ille gentem esse vini avidam, magnum ejus modium mandragora permiscuit, mox levi cum eis commisso pteho ex industria cessit, nocte inde intempesta relictis intra castra quibusdam sarcinis, & eo vino quod infecerat, fugam simulavit: cumque Barbari occupatis castris gaudio effusi medicatum vinum haurissec, jacerentque strati defunctorum in modum, reversus Annibal nullo negotio eos trucidavit: Rem Fronto exemplis suis adjecit. Quod vero ponit historia vinosos Afros, Cyprianus episcopus de Astrologorum suorum bibacitate multa conqueritur, quae prope modum jam, ut nunc apud Germanos, in civilium laudum locum irrepsisset. De soporifera vero Mandragora vi Medici multa tradidere, idque praecipue, quod plurimum & efficacissimum est ejus usus in soporandis iis qui vel inveniendi vel secandi sunt: altissimum enim per quatuor ferme horas somnum, potionem ita medicata exhausta, persequerentur, ut neque ignem neque ferrum sentiant.

AMATORIUM. CAP. XXXVIII.

A Dioscoride l. 4. c. 61.

Radix Mandragora descriptio. Nimirum à Mattheo in Dioscoride l. 4. c. 61.

Ibid Mattheus contra Bysantium. Eubisium. Melenzana seu Nizana.

Proposui de veneficiis à mandragora nihil me dicturum, praesertim ea quae pertinent ad amatoria, de quibus aliquid omnino habetur in sacris literis: sed nunc majoris illud curae pretium esse duco, ut radices ejus figuram, non temere tam insignem à Deo, sive à natura, ducente Deo, conformatam enarem; cujus altera est virili specie, capite capillamento veluti quodam undecumque cooperito, pube etiam densissimis radicularum filis pudenda virilia cooperiente. Altera foemina, iisdem velamentis, si quis curiosus rem ipsam inspectare voluerit, naturae miraculum occultantibus, quotidianis testimoniis veritatem ipsam comprobantibus. Quod miros à quibusdam tam pertinaciter negari, cum praesertim vulgatum sit, Pythagoram herbam hanc à Dioscoride appellasse, quo vocabulo nihil manifestius ad humani corporis formam exprimentam. Sed, si Dioscorides Pythagoram isti dicunt mysticum aliquid per id nominis intellexisse, eam quippe Philosophi locutionem ad poma ea spectare, quae putant nonnulli Melenzana esse, quod ovalis figura sunt, & pectinde testibus assimilentur. Laxis haec est conjectura, siquidem utriusque generis vocabulum est, testiculi vero forma ad marem tantum pertinet. Sed quod à bitari videatur Hermolus Barbarus, vir undecumque doctissimus, Melenzana apud Ligures, quasi mala insana dicit, quam quidem conjecturam, ut inferius apparebit, puto eum ex Columella desumpsisse, cur non ab amatore potius, quo, nisi condiantur, egregie praedita sunt, dici ea arbitrentur: quod quidem propius ad Ligustici vocabuli simplicitatem accedit, qui Marezana ea vocant. Caterum cum Dioscorides & reliqui Medici hanc & aliam Mandragorae speciem frequenti usu sumptam inter venena commemerent, Marezana vero, quae totius literalis & igitur tractu modo & centia in juvenulis, modo condita aceto foeniculoque superinsperso, in acetariis & frequenter & copiose anno toto eduntur, nihil afferunt incommodi, sed & grata gustui, & corpori salubria sunt, nullo mihi pacto videntur inter mandragoras recensenda. Ad haec cum Dioscor. Mandragorae poma ovi vitelli similia dicat, vel lanae nucis alii Marezana nihil habent quo vel ovorum vitellis, vel id genus nucibus & quiparari possint: imo totius ovi speciem & magnitudinem praeseferunt, plerumque, ut etiam grandiora, & similia, quod quicunque solbris sinitria ab ea parte, quae soli exposita est, non sine inspectantium & p-

A plausu & oblectatione dissepuntur; cumque valde maturerint, totæ puniceæ fiunt, parte à Sole tacta semper densius colorata. Sed ut ad formam radicis quæ verè mandragota dicitur, revertamur, id etiam miror, cur una cum Pythagora Columellam etiam nihili pendant, qui Pythagoricam secutus nuncupationem, ita super ea canit:

*Quamvis senibominis vesano gramine facta,
Mandragora pariat flores, mastramque cicutam.*

Quod vero Columella vesano gramine posuit, ad herbæ vim respexit, quæ aliter & Morion dicitur: ea enim, ut Medici tradidere, drachmæ unius pondere, vel in polenta, vel esculentis aliis data, fatuitatem inducit. Eucherius super hac in Genesi, nihil aliud dicit, nisi mandragoram genus pomi esse parvo peponi simillimum; quæ quidem forma ad Ligustica, quæ dicebamus Amarezana, proximè accederet, nisi obstarent reliqua veneno super tradita.

LÆTITIA. CAP. XXXIX.

B Sed ut mandragoram ab omni absolyamus ignominia, Xenophon cam pro lætitiæ argumento citat, apud quem in Symposio Socrates ait, vinum non aliter mœrori mederi, quam mandragora hominibus, lætitiæque non aliter excitare, quam oleum inasperum igni flammam. Potro si mandragora venenum esset, aut mansa incommodum aliquod afferret, cur 30. Genesios cap. Ruben triticæ messis tempore in agrum exierit mandragoras reperitur, quas ad Liam matrem suam deferret, & Rachel explorata reperierit à sorore, ut in ejusmodi plantæ participatum admitteretur? cui Lia responderit: *Parumne tibi videtur, quod maritum mihi paripueris, nisi mandragoras etiam filii mei industria acquisitas tibi vendicare cogites?* & quæ de nocte mox pacta sequuntur mandragoræ pretio concessa. Unde suspicari possum, apud scriptores nostros parum de mandragora liquere, antiquissimum ejus usum & utilitatem esse temporibus nostris incognitam. Quod vero manifestissimum est, præ seculo illi seculo, ex historia sacra, cibum omnium pretiosissimum fuisse apparet: nostro autem tempore, si ea Ligustica Amarezana est, cum tot condimentis inserviat, & olerum omnium per universum annum sit usitatissima, facessere jussim eos qui eam infamem imaginantur. Sed qui plura super ea quæsierit, ad Plinium se conferat, l. 25. c. 13.

Matthæus in Dioscoro, ibid.

DE BULBIS. NUPTIÆ. CAP. XL.

Sunt qui nuptias, atque maritalæ copulam (ita enim Græci *γάμος* intelligunt) per hieroglyphi-
cum Bulbi significati velint: eo enim plurimum veteres utebantur ad languentem Venerem ex-
citandam. Et viri in novis nuptiis prima die, auctore Varrone de vita Patrum, bulbos comede-
bant. Hinc illud apud Martialem facetè dictum:

*Cum sit anus conjux, & sint tibi mortua membra,
Nil aliud bulbis quam satur esse potes.*

Sed hoc Martialis ex Aristoph. desumpsisse videtur, ubi juvenis, Concionatricibus, à duabus vetulis
distractus, quærit ab eis; quamnam possit ratione duo eodem tempore navigia agitare? respondet
una, Postquam bulborum ollam devoraveris. Docet vero M. Varro bulbos aqua decoquere ad
usum Veneris. Apertius addit nucleos pincos, & semen erucæ cum pipere.

Dioscorides l. 2. c. 165. Bulborum usus.
Καὶ φάρμακον βολβῶν ἕνεκα τῆς ἀφροδισιατικῆς ἐπιθυμίας: Qui devoraverit bulborum ollam.

DE CICUTA. XLI.

Sed quoniam nequitia lætis ubiq; est, longe utilius fore existimo, si quæ ad ardorem Veneris potius extinguendum proponantur, quam quæ lasciviam fovere doceant, commemoremus.

CASTIMONIA. CAP. XLII.

Cicutam nonnulli pro hieroglyphico castimonie posuere. Causam ego eam esse crediderim, quod si ejus herbarum succo testes illinantur. Venus cohibetur, præcipueque spiritus ejus, quæ significatio.

Diosc. li. 4. cap. 74.

*Cicuta est-
Pollutiones
nocturnas.*

*Quo Sacra-
tem mori
cegerunt.*

Diosc. li. 3.

e. 45. &

Plin. l. 20.

23.

*Ruta pro-
prietas
varia.*

varia.

SUPPLICIUM. CAP. XLIII.

Ubi vasa quædam, quid sibi quæque velint, recensuimus, incidimus in calicem, cumque non alia de causa supplicii de aliquo sumpti hieroglyphicum esse docuimus, nisi ob cicutæ succum, qui fontibus capite damnatis propinari solitus esset, idque præcipue Atheniensium instituto: ibique de calice in sacris etiam literis differuimus.

DE RUTA.

CASTIMONIA. CAP. XLIV.

Eadem ratione Ruta quoque hieroglyphicum est castimonie, qua cicutæ, diversa tamen natura vi: illa, quia plurimum refrigerat: hæc quia supra modum exsiccatur: atque, ut Dioscorides tradit, genituram in potu ciboque extinguit ruta. Theophrastus ob siccitatem durare, & ob caliditatem exurere dicit. Utcumque, ita Ovidius:

Utilius summas acuentes lumina rotas,

Et quicquid Veneri corpora nostra negat.

Est & magis arcana causa, quam siccitas caliditasve nimia, quæ ratam continentioris vitæ hieroglyphicum esse jussit. Nam cum Serpens, ut suo loco dictum, voluptaria nequitia signum sit, ruta mirum cum tota sit Serpenti adversaria, eosque vel odore fuget suo, ut plerique veterum tradidere, quamquam vim eam inesse uni sylvestri tradunt, merito pro castimonia ponitur. Ad id porro quod acere lumina dicit Ovidius, Apulejus rorem ejus herbarum matutinum prodesse tradit, vel cum matutino maduerit, succos in hunc usum colligendos. Atque alibi, rosida folia de cæca in vase vitreo decoquenda, vino veteri admixto, atque ita inungendum. Cur vero Serpentes ruta horrescant, causam eam Philosophi comminiscuntur, quod Serpentes frigiditate siccitateque sint præcipua præditi, unde non immerito terrarum orbis per Serpentes effigiem ostendatur. Siccum enim & frigidum est elementum terræ, & Saturno Anguis, ut alibi dictum, in manu statuitur, cuius fides & frigiditas & siccitas censeferi autumant Astronomi. Ruta vero quamvis calida admodum, ipsa tamen siccitate longe præstat, adeo ut affluentiori quadam ariditatis vi apta sit ad simile contumendum, eodem modo quo Proclus non aliam ob causam Galli cantum Leonibus horrore esse putat, nisi quia solaris virtus utriusque insita sit animali, sed longe præstantius Gallo, quam Leoni. Neque dissimulanda est vis rutæ prorsus admiranda, quæ non Serpentes tantum fuget, verum etiam Feles (ita Boinas nonnulli vocant, de qua loco suo in *Æluto*) prohibeat ne adrepant, si ejus herbarum ramuli in columbarii fenestris & ingressibus aliis suspensi fuerint, traditur a Florentino in Constantini Cæsaris collectaneis. Quod vero venenis ruta resistat, Mustelæ sunt documento, quæ cum Serpenti dimicaturæ, cibo ejus armantur, unde eam à nonnullis Viperalem appellari, tradit Apulejus. Et Mithridaticum illud adversus venena medicamentum nulli jam non innotuit: regem quippe Ponti Mithridatem cum fratris sui timeret insidias, rutæ folia xx. cum duabus nucibus juglandibus, & totidem caricis, admixto falis grano, jejunum quotidie accepisse.

Plin. li. 20.

e. 13.

Diosc. ibid.

Matthæol.

Ibid. Plin.

li. 8. c. 27.

& li. 20. c.

13.

DE CONIZA.

ABLIGURITOR. CAP. XLV.

Abiguri-

torum in-

dicium.

Hor. Epist.

2. Ep. 11.

Egyptii Sacerdotes hominem qui bona sua abligurisset, & ut Horatius diceret, *paternas mater-
nasque res fortiter absumpsisset*, significare si vellent, pecudes caprasve Conizam depalcentes pro-
hieroglyphico facere consueverunt: siquidem constat animalia ea, quæ Coniza vescuntur, insidia-

A billi inde firi confecta deficere. Quoniam vero peculium Aegyptiorum fere omne in gregibus consistat, unde univ[er]sa ea gens Pastores à nonnullis in opprobrium vocitati, quamquam, ut alibi diximus, sacerdotes eorum, quiq; sacro cuiuspiam initiati essent, Pastores ita abominabantur, ut ne alioquin quidem eos fas putarent, notum ex historia sacra, cum Pharae coloniam Josippi parentibus & fratribus indulgere meditarietur, non admittendos in Aegyptiorum commercia cenluit; quia Josippus industriam eorum omnem in armentis esse confessus erat, eos tamen & commode & liberaliter, opportuno feracissimoq; loco, scorsum à suorum consortio habitare iussit. Utrumq; autem, eosum Aegyptiorum per Oves & Capras exprimere moris erat.

GIS. 6. 47.

AMATÆ REI DESERTOR. CAP. XLVI.

Sed enim quæ vis herbæ ejus esset in polypos, curq; hominem amata relinquere pernitem, subitoto tamen eventu aliquo abalienatum, per conizam adnotam Polypo, sacerdotes ipsi commonestrare soliti essent, in Polypi commentario inter pisces enarratum est. Exigere vero res mihi videntur, quoniam de coniza facere mentionem sæpe continget, super ea loco hoc quædam aperire, quæ apud auctores tam Græcos quam Latinos varie tradita sunt, atq; ea quidem perplexæ admodum.

Origanum herba est vulgo nota Romæ, atq; aliis univ[er]sa Italiae locis, ^{origani} Græcè, Cunila plurimum Latine dicta, quam, utpote præcipue suam, Ligures littorales Cornabulam vocant, putri, ut proverbio fertur, apu[er]issimam falsamento: nomen ab ea specie sumptum, quæ Cunila bubula appellatur. Cæterum cum permultæ ejus species ab auctoribus referantur, eademq; variis cognominibus appellatur, diligentiori cura ad Medicos delegata, satis nos habituri sumus, si Cunilam bubulam eam acceperimus, quæ Origani species est, quam à testudine cum eam Viperam ederet, ad incolumitatem carpi dicit Aristoteles, & ab eo Plutarchus. Apud Plinium legas, contra Serpentes privatim in vino bibi, quæ Cunila bubula appellatur. Apud Aristotelem, Ciconiæ cum vulvis acceperit (cas enim cum Serpentibus assidue dimicare cogitum) Origanum plagæ imponunt. Theodoros Gaza, vir accuratissimus, Origanum libenter Cunilam vocat, alicubi Pulicarem, quia pulices necat, stratis supposita, strataq; sub lecticis. Cunilam hanc nostratam Saturejam à rusticis vocari tradit lib. 10. Columella. Horam testimonia fuerunt adducenda, quia sunt nonnulli, qui Cunilam

Origani Græcis Cōniza, an- pla descriptio, ejus q; virtutes.

Ita & Dioscor. lib. 3. c. 28.

Cornabulam eandem & Origanum esse pertinacius negant. Addam & illud, cum inter tres præcipuas Origani species Onites connumeretur, doctissimi ætate nostra viros de hac non parum dubitare, eamq; sibi incognitam ingenue profiteri. Nostri Bellunenses agrestem quandam Origani speciem vulgo provenientem, caule, foliis, & floribus grandioribus, odore tantum non usquequaq; suavis, sed vultore, Pulegium a sininum vocant, quæ nimirum Cunila bubula est, quæ in Liguriis Cornabula, & eodem apud nos usu, quo apud Ligures, falsamenti insperfa. Putarim vero Onitis vocabulum à ^{origani} Onite, qui A sinus est, commodissime deductum. De Formicis vero nostræ hujus odore fugatis, experimentum ipse feci, quod ad biduū post insperionem efficaciter successit, ut locū omnino desererent. Ne vero cuiuspiam mirum adeo videatur, gramini huic eam inesse vim, Ambrosius herbam quandam memorat, Gillam appellatam, cujus folia turtur nidis suis excluso fetu superjaciatur, eoque pascit pullos à Luporum incurfu depraedationeq; tutetur: Lupus enim folium ejusmodi usq; ad fugam abhorret. Leopardus vero allium ita sibi lentit abominabile atq; contrarium, ut si quis eo locum, ubi ille morari sit solitus, confecerit, exilire cogatur, & aufugere. Alianus 1. de Animal

Lupi Gillam herba fugantur. Leopardus allio.

Dnaturæ scribit, Noctuas à Ciconiis suo nido procul summoveri, platanū eo foliis importatis, quorum contactum Noctuae ferre nequeant, ex eo in torporem dilabentes, Ciconiasq; ita pullorum suorum incolumitati prospicere, quibus assidue Noctua inimicabiliter insidiantur: de quarum alium inimicitis suo loco dictum. Neq; vero Ciconia tantum, Turresvey aut Testudines medellam sibi nanciscuntur naturæ ductu, verum etiam & Canes, & Sues, & ex brutis pleraq; alia. Canes quidem cum Fellis vitio laborant, gramin illud suum depalcuntur. Sues si cephalalgia erucientur, fluviates Canecos in vestigant. Mustela rutam, si venenatum quid comederint, carpunt. Angues marathro lippientes oculos depurgant. Hujus rei quænam sit causa non otiose quaritur à quibusdam: quippe cum animalia hæc neq; talia didicerint ab aliis, neq; quidem doceri potuerint, cur ita

Canes, Sues, Angues natura ductu remedia sibi propria comparant.



norint quæ suis sint ægritudinibus utilia. Putant igitur accidere, quemadmodum favi odore solo Apes ad sese alliciunt, & cadavera Vultures, vel procul absentes, sic etiam Cancris Sues illicent, Origanum Testudines, Ursam Formicæ, de qua suo loco diximus, id vero nulla ratione fieri, neque quod sensus & facultatis ejus, qua vel intelligere vel cognoscere queant, participes habeamus, commentiq; sunt corporum constaturas, diceret Plinius, in causam adducere, quæ hujusmodi appetitus in animalibus concitent, quæ humorum mutatione varios, dum laborant, appetant vel accant, vel dulcedines, vel alias, uti ului venerit, qualitates, fieriq; plerumq; id importune, ac præter morem, & indecenter: id quod in mulieribus præcipue videre est, quædam prægnantes sunt, & Lipides, & terram, & sordes alias, & humanam interdum carnem appetunt ad vescendum: quod superstitiosus annis in Insabria accidit, ubi matrona quædam nobilis, cum oculos in coloni sui torosiores mulculos, qui de coxendicibus protuberabant, injecisset, tanta arrepta est aviditate carnis ejus fructum gustandi, ut nisi compos fieret, defecturam se profiteretur, aut abortum facturam: quo metu conjux ejus commotus maxima mercede cum colono convenit, ut abscindi sibi mulculi partem pareretur, ne patrona sua exanimaretur: ille pretii lenocinio ductus, conditionem accepit, succilamq; est fructum, modicoq; insperfo sale prunis tostum quo illa devorato in eolumis quam primum evasit. Quocirca Medici cum in effrænatas hujusmodi appetentias incidunt, quæ salubria, quæ minus, noville debent: nam aliquid hujusmodi fere graviter decumbentibus accidere interdum solet. Scribit Mænesitheus medicus in pneumonia principio, quendam qui cape concupierat, evasisse: quendam vero qui ficus appetierat, periisse: propterea quod appetitio corporis, qualitas vero tracturaq; ipsa, ut quæq; est, morbis obsequitur. Ex quo manifestum esse autumant, fetas quoque, cum in perniciosas & lethales ægritudines inciderint, non alia de causa in hujusmodi appetentias ferri, quam ob naturæ ipsius (utur Lucretiano vocabulo) composituras, quæ illas ad ea sponte incitent, quæ salutis futura videantur. In hunc modum disputant hi, qui nihil aliud brutis animalibus concessum volunt, quam sentire & pasci. Antiquiores tamen Philosophi pleriq; bruta etiam in mentis intelligentiæ participatum admittunt, quorum nos argumenta validiora alibi, & in Elephantis & Formicæ commentariis recitavimus. His vero hic contenti, quæ ad veterum hieroglyphica facere videantur, prosequamur.

Mirum de muliere gravida.

Appetentiarum eventus.

DE HELIOTROPIO ET SELENOTROPIO,
TERRENORUM CUM COELESTIBUS TEMPERATURA. CAP. XLVII.

Quod si cognationem, consensumve, aut temperaturam, quam inferioris natura istius res cum celestibus habent, in finis quippe suprema, & suprenis infima, occultis quibusdam virtutibus colligata esse ostendere voluissent, nullo evidentiori signo, proprioque hieroglyphico id experientie consueverunt, quam cum herbas duas, Solisquam & Lunisquam figurassent. Licet vero nihil ad Lunam vertitur. Sunt vero & alii flores tam arborum quam herbarum, qui hoc imitari videntur, sed his duobus nulli manifestius. Proin Ægyptii eandem rerum omnium rationem esse contendebant, ut intellectu alia, ut ratione alia, alia natura, alia sentu superioribus devincerentur, & sanæ quæq; concordiam affectarentur.

Plin. li. 22. c. 21. De lunisquam nihil constat.

Plin. lib. 13. c. 14. Rusticorum clepsydra. Necnon à Plin. li. 18. c. 14. Plin. ibid.

DE LUPINO. CAP. XLVIII.

Trahit similis quodammodo natura, ut Heliotropio Lupinum subjeciam: nam id quoque ad Solis cultum vertitur.

HORÆ. CAP. XLIX.

Per ejus autem figuram temporis dimensio, vel horæ hieroglyphice significantur: quæ quidem ab eo surculo tam manifeste distinguuntur, ut agricolæ peritiores diurnas horas, seræ etiam nubiloso ex ejus motu conversioneque deprehendant. Traditum ab Apulejo lib. de Re rustica.

SCIS

SUIS VIRIBUS POLLENS. CAP. L.

ET quoniam in ingenium est lupino ut coli nolit, sitq; negligentia ipsa fertilis, apte quis fecerit, si hominem, qui suopte ingenio vel indultia sibi necessaria comparat, ejusmodi furculi gestamine insigniverit.

DE NICTERETO. CAP. LI.

SI vero hominem occursum cujuspiam rei natura expavescentem ostendere curassent Aegyptii, Nicteretum herbam & Anserem faciebant. Ferunt enim Anserem ad primum conspectum ejus expavescere, unde & *κωκκινοσ* vocatur. Herba est coloris ignei, foliis spinæ, nec à terra se attolens, noctibus interlucens, & quoniam è longinquo etiam noctibus fulget, *νοκτιπάλος* appellatur.

Hæc omnia à Plin. lib. 11. c. 11. Vel Nysilopa, ut ibi Plin.

DE BLITTO.

FATUUS ET INSULSUS. CAP. LII.

ETnum & insulsum turpiq; deditum inertie hominem, per Blittum herbam significare mos erat. Stupidi enim saporis herba omnino est, neq; ullam habet acrimoniam; unde convitium in fecundis mariti faciunt apud Menandrum, *βλίτιον* eas appellantes. Et Truculento Plautus non infacere dixit, *blittam meretricem*, quæ non saperet in vino ad rem suam: qui locus imperite satis à nonnullis invertitur, qui Bletetam & Bletem nescio quod incommodi calceamenti genus exquisivere in ejusmodi contemptum. Læberius dixit bipedem blitteam belluam. Et Empedocles, ut apud Varro nem est, humilem humani generis conditionem ostensurus, natos homines ex terra ait, ut Blittum. Sane illi nomen herbe à stupore est: *βλαξ* enim stupidus Græcis, stolidusq; & ignarus.

Qua idea à Plin. in eod. li. 20. c. 22. Et à Diosc. nullius usus in medicina 1. 2. ca. 110.

Hinc forsitan Gallicum convitium blittum.

DE BETA. CAP. LIII.

SUNT qui betum & blittam idem esse sentiant, Martialis puto carmine decepti, qui scripserit, *Ut sapiant facia fabrorum prandia betæ, O quam sape pater vina piperque coquus.*

Li. 2. c. 110. Beta Et Blitti differentia.

quæ aliter paratas nihil sapere exquisitoris gancæ proceres profitentur. Sed enim Dioscorides blittum à betæ fecerit, & blittum quidem apud Aegyptios *Æclororipem* apud alios *Eriplem*, apud Romanos pariter & Græcos blittum appellari; edi oleis modo, ventrem tantum dejicere, medicas vires habere nullas: cum beata ea sit, quæ Atticis *πέλεκος* nuncupetur, olus ubiq; locorum celeberrimum usitatissimumq; alicujus omnino suavitatis, quodq; à civilibus mensis minime rejiciatur, quæ pluribus apta medicinis, multas humano generi conferat utilitates, quas qui nosse voluerit, Diolcoridem legat lib. altero, cap. 110. Theophrastum 8. *Æginetam* 6. Plinium 19. item alios.

Quinimo folia sua delentissima ad insar Catti, quem Cardonem dicimus, præparant.

Diogenis Cynici dictum.

MOLLITIES. CAP. LIV.

PER ejus vero hieroglyphicum cynædica petulantia, mollisq; & enervis lascivia notatur, pervulgato illo Cynici Diogenis dicto, qui cum à petulcioribus quibusdam pueris convitio incessetur: quod Canis esset, ac subinde fugitarent, quærente eorum fugerent, *Ne mordeas*, respondentibus: *Bono estote, inquit, animo, Canes non edunt betulas.*

D. Laert. in ejus vita. Capilli Veneris varia nomina. Et atymo betula Plin. li. 22. c. 11.

DE CAPILLO VENERIS.

EBRIETATIS REMEDIUM. CAP. LV.

QUI significare hieroglyphice volunt hominem ebrietate laborantem, ac sibi remedium committentem ut præmoustrant Aegyptii, *Upupam* & *Capillum Veneris* herbam faciunt.

Vide Mat-
theol. sub
finem c.
13. li. 4.
Diof.

bant. Upupa siquidem uvis vescitur immodice, ita ut plerumque inde ebria fiat: verum simulac se a-
tentari senserit, Capillo Veneris decerpto, efficacissime sibi medicatur. Herbam hanc Adianton
Græci vocant, ἀπὸ τοῦ ἀδιάντου, hoc est, à non marcescendo: neque enim brama, ut herbae reliquæ,
marcescit, neque aqua persulum mersumve *απομαρτύνεται* muli, hoc est, pulchricornum, à *μαρτυροῦν*
id est, multicomum, utrumque ab effectu vocant, licet *μαρτυροῦν* nonnulli canocomum interpretan-
tur, qui etiam ab effectu Saxifragum appellantur. Capillum vero Veneris ideo Λάϊον dicunt, quia
capillum præcipue tingit: ad hoc de coquitur in vino cum semine Apu, adjecto oleo copioso, ut
crispum densumque faciat. De fluere vero prohibet, Utrino adipe & ladano admixtis.

DE APIASTRO.

POPULUS LEGE COERCITUS. CAP. LVI.

Vide Plin.
li. 21. c. 12.

A Pem suo commentario populum inter alia significare diximus. Eum vero legibus coercitum
hieroglyphico aliquo figurare qui vellent, Apem & apiastrum herbam proponebant: qua si
perungantur alvearia, non fugere Apes tradunt: nullo enim magis gaudent flore, eaque de causa
απὸ τῆς ἀπίας & *απαστρῶν*; & melitæ nam appellatam constat, quæ matrubium est nonnullis.

DE BRASSICA. CAP. LVII.

Athenaus
dipnos.
Theophras-
tus &
Plin. li. 20.
c. 9.

Quod autem ad modo memoratam Upupam & Adiantum facit, auxilio etiam esse ajunt brassi-
cam: ubi quis ebrietate tentetur. Nam ante cibum sumpta, largiores potationes ne laedant, ef-
ficat, ut auctores plerique tradunt, præsertim Græci.

INTERTURBATA LÆTITIA. CAP. LVIII.

Plin. ibid.

Unde qui lætitiâ interturbatam importunitate cuiuspiam hieroglyphice notatam voluit,
Brassicam inter duos vitium surculos aditam constituit. Vino enim, quod præcipuum est læ-
titiæ hieroglyphicum, ea, ut apud Plinium est, aversatur, in primisque est vitibus inimica, vitesque illius
perniciosa alterutri fovant inter sese odia. Nam vites, ut secundo de Divinatione Tullius, à caulibus
Brassicis, si propter sati sint, ut à pestiferis & nocentibus refugere dicuntur: & quoniam vitibus
juscumque admicula clavibus pervestigent, quæ tanquam manibus apprehendant, atque ita se
tangant, hos tamen, utcumque prope adsint, nulla ex parte contingunt. Ad hæc Serapion, ubi de Licia &
Tarentini sententia, nihil in vineis seminandum censet, Brassicam præcipue summovendam præ-
cipit, utpote quæ vitibus egregie contraria sit: & quam propter naturæ suæ siccitatem multo in-
degeat humore, evenit ut juxta adsita vitibus alimentum subtrahat. Tanta vero inter vitem & brassi-
cam dissensio est, ut si quis vinum dum ea coquitur instillaverit, ne postmodum coquantur, efficiat,
& oleris colorem vitiet. Quis prius crudam brassicam ediderit, vino quantumvis largiter hausto
tentari non poterit, quia vis ejus occulsi brassicæ hebetatur, fractaque labat. Hinc plerisque
litiæ regionibus, & totius etiamnum Europæ provinciis mos inolevit, ut cum calendæ Augusti vulgo
Baccho dicatæ habeantur, permilla eo die unicuique volenti largius epotandi licentia, symposium
que ad hoc instituitis, & curiosissime celebratis, in quibus Augustum se capessere gloriarentur, brassi-
cas identidem ut ebrietatis antidotum in ferculis præsumant. Affirmat & illud Serapion, quod
ex Cicérone retulimus, si juxta deposita vitis sit, ultro eam effugere, & in contrariam partem sit-
menta convertere: id quod nos in hortis nostris Castaliensibus fieri vidimus extra quorum septem
excitata pergula, quam juxta positæ vites inscenderent ad meridiem, accidit ut hortolani inco-
nta differunt brassicæ subseminarentur, tum vites quum primum pampinos emittere cepissent,
brassicarum juxta surgentium odore offensæ surculos converterunt, omisque percommodè
parata pergula, ultra septem ad septemtriones sese portexere. Absueram ego tres menses, dum
hæc nulla curantur diligentia. Reversus autem avulsis inde caulibus coactis sum bonarum
partem pedamentis ac radicis alieno loco sustentare, quod præter spem feliciter cessit, pergula en-
tra

Vitis &
Brassica
dissensio
mirabilis.
Plin. ibid.

tra & extra hortos duplicata. Citat Varro Nestoris Alexicepon, elegiaco numero conscriptum, in quo harum inimicitiarum causa decantatur. Bacchum quippe furibundi Lycurgum in percussum in mare se proripuisse, in eoq; delituisse, mox ab emerfu clandestino Lycurgum in insidiis invasisse, quem vite devinxerit: illum indignabundum cum improvisam capturam ferret impatienter, lacrymas emisisse, ex quibus enata sit brassicatarq; hinc orta dissidia, & implacabilis plantarum earum contrarietas. Tabescere enim eam necesse est, si fortiori viti proxima fuerit: vel vitem, si tenella sit, ipsa tabesciat. Usq; adeo vero odia hac in uvæ nomen exercentur, ut (quod idem Varro tradit) quod incommodum uva in humano guttore appellatur, odiosum admodum, si nimia destinatione laxata fuerit, cohiberi retrahiq; facillime posse creditur, si cruda brassicæ succus capiti superfundatur. Sed mirum est admodum has foliis & pampinis insitas esse adversus vinum inimicitias radici vero conciliationem inesse. Nam qui vinum in acetum trium horarum spatio verti docent, inter quos Varro ipse est, radicem betæ contulam in dolium conjiciendam monent: sin vero restituere vinum malueris, brassicæ radicem eodem modo præcipiunt immittendam.

*Fabulosa
antiquaria
brassicæ &
viti cau-
sa.*

Hieroglyphicorum Ioann. Pierii Valeriani Finis.

ERUDITISSIMI VIRI
HIEROGLYPHICORUM COMMENTARIO.
RUM LIBER PRIOR, EA CONTINENS, QUÆ
PER VARIA DEORUM ET HO-
minum simulacra significantur.

AD BASILIUM AMERBACCHIUM J. C.
PERITISSIMUM.



*U*n difficultissimum sit ea in lucem edere, ob ingeniorum morosam saepe varietatem, qua omnibus placeant, opus est illa alicujus viri autoritate fulciri, qui & calumniatores ac detractores deterere possit: & si quid in controversia fuerit, dijudicare, & claque & vera comprobare falsum autem refellere. Unde etiam sit, ut virtutes illorum quibus scripta dicantur, ejusdem sæculi hominum testimonio celebrentur, & sic patrocinii sui præmium amplum referant; memoriamque videlicet earum virtutum, quarum quamvis docti ipsi sint, nulla fama ipsorum scriptis ad posteros perveniret. Nam Principum quidem atque Herorum res gestas memoria mandant Historici: eruditionis sua monumenta alii docti viri relinquunt; horum autem omnium humanitatis, sapientie, virtutum testes & præcones non alii sunt, quam omni generis scriptiores, qui illis monumenta sua inscribunt. Quamobrem æque prudenter mihi rebus suis consuluisse videntur. & qui scripta sua doctorum patrocinio commiserunt, & qui irrationes suas instituerunt, ut & docti ipsi essent, & a bonarum literarum studiosi celebrarentur. Illi enim scriptis suis autoritatem concitarent, hi virtutes suas ab oblivionis tenebris vendicarent. Hos igitur ego imitari cupiens, quem alium huic meo Hieroglyphicorum prioris commentariolo patronum conciliarem potius quam te, qui & tanta eruditione atque autoritate es, ut tuos fretus patrocinio libere in omnium manu venire possis; & familia nostræ usæ conjunctus, ut primæ ætatis bonam partem simul transegerimus, cuiusque humanitatem singularem ac benevolentiam quotidie experimur? Hunc igitur meum laborem eodem animo complectere, quo me nostramq; domum jam dudum amplecteris. Vale.

Zzz

DE